

Band VIII., Nr. 2671, Seite 23-24

Graf Dieter von Katzenelnbogen genehmigt jeglichen Erwerb des Klosters Herrenalb von seinem Eigentum in Derdingen, Oberacker und Bruchsal und verzichtet für sich, seine Erben und Nachkommen auf alle Rechte daran.

Mannheim, 1277. April.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis Dietherus comes de Kazzenelnbogen fidem presentibus adhibere. Attendentes devotionem pariter et fervorem religionis fratrum monasterii de Alba Cysterciensis ordinis Spirensis dyocesis, quomodo in dei beneplacitis constituti die noctuque in laboribus se affligunt, ac volentes eos ex hoc prosequi eorumque necessitatibus consulere speciali gratia et fervore, universitati vestre presentibus declaramus, quod nos primo et principaliter ob reverentiam et honorem gloriose virginis Marie, dicti abbatis et conventus, insuper etiam venerabilis domini Ottonis prepositi sancti Widonis Spirensis nostri familiaris nec non Lutfridi militis de Helmotesheim et Bertoldi militis de Ravensberc dicti Goler pro ipsis fideliter intercedentium precibus duximus annendum, quod, quicquid dicti abbas et conventus de Alba in marchiis sive terminis Derdingen Oberacker et Brüchsel in bonis, quocumque nomine censeantur, que ad nostrum dominium vel ad nos spectant mediate vel immediate, a personis quibuscumque nomine elemosine emptionis concambii vel modis aliis sunt vel in evum fuerint adepti, pro nobis nostrisque heredibus et successoribus universis ratum gerimus et acceptum et ea in nomine domini offerentes liberaliter in sollempnem donationem et simplicem elemosinam atque puram cum omni iure, quod ad nos et ad nostrum dominium in eisdem bonis hactenus pertinebat, monasterio prelibato de Alba renuntiantes nichilominus pro nobis nostrisque heredibus et successoribus universis omni iuri, quod in ipsis bonis nobis competere videbatur. Et si forte inmemores huius facti fecerimus aliquid in posterum sive heredes vel successores nostri ad petitionem cuiuscumque in preiudicium prescriptorum, nullum robur obtineant, quia decernimus irritum et inane. Et ut hec perpetue valitudinis recipient incrementum, has patentes litteras nostri sigilli duximus munimine roborandas.

 Datum apud Manneheim, anno domini MCCLXXVII., in mense Aprili.

Der Textabdruck folgt dem Original.
 An gelben und roten Seidenschnüren das Siegel des Grafen Diether von Katzenellenbogen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1914 (WUB, Bd. VI, S. 306).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 858

Überlieferung und Textkritik:

Original war ehemals im GLA Karlsruhe. Vidimus der bischöflich speyerischen Kurie von 1351 November 8: HStA Stuttgart A 489 U 167.

Editionen:

Kausler: Oberamt Neuenburg, S. 145. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 2, S. 99.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mannheim

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
Bad Herrenalb, CW
Bruchsal Wohnplatz (5319)
Bruchsal, KA
Helmsheim Wohnplatz (5323)
Helmsheim, Bruchsal, KA
Innenstadt Wohnplatz (5921)
Innenstadt, Mannheim, MA
Katzenelnbogen, EMS
Oberacker Wohnplatz (5519)
Oberacker, Kraichtal, KA
Oberderdingen Wohnplatz (5416)
Oberderdingen, KA
Ravensburg Wohnplatz (5464)
Ravensburg, Sulzfeld, KA
Speyer, SP
Unterderdingen Aufgegangen (22754)
Unterderdingen, aufgeg. in Oberderdingen KA